



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regularis Ord. S. Augustini De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Coloniæ, 1723

XLIV. De non attrahendo sibi res exteriores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45773](#)

gere , scandala sufferre , omnem
spem in me ponere , extra me nil cu-
pere , & super omnia me ardenter
amare .

4. Nam quidam amando me in-
timè , didicit divina , & loquebatur
mirabilia .

Plus profecit in relinquendo om-
nia , quam in studendo subtilia .

Sed aliis loquor communia , aliis
specialia : aliquibus in signis & figu-
ris dulciter appareo , quibusdam
verò in multo lumine revelo my-
steria .

Una vox librorum , sed non om-
nes æquè informat : quia intus sum
Doctor veritatis , scrutator cordis ,
cognitionum intellector , actionum
promotor , distribuens singulis , pro-
ut dignum judicavero .

C A P U T XLIV.

De non attrahendo sibi res exteriores.

1. **F**ili , in multis oportet te esse in-
scium , & æstimare te tan-
quam
O 3

quam mortuum super terram, & cui
totus mundus crucifixus sit.

Multa etiam oportet surdâ aure
pertransire, & quæ tuæ pacis sunt
magis cogitare.

Utilius est oculos à rebus displicen-
tibus avertere, & unicuique suum
sentire relinquere, quam contentio-
sis sermonibus deservire.

Si bene steteris cum Deo, & ejus
judicium adspexeris, facilius te vi-
ctum portabis.

2. O Domine, quo usque veni-
mus? Ecce damnum desideratur
temporale, pro modico quæstu la-
boratur & curritur, & spirituale de-
trimentum in oblivionem transit, &
vix serò reditur.

Quod parum vel nihil prodest,
attenditur; & quod summè necef-
sarium est, negligenter præteritur:
quia totus homo ad externa defluit;
& nisi citò resipiscat, libens
in exterioribus
jacet.

CA-